



58d

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

vgl. 189

140

**MVSA VOTIVA**

**QVA  
VIRVM**

**NOBILISSIMVM AMPLISSIMVM ET  
DOCTISSIMVM**

**IO. HENRICVM STVSS**

**PAEDAGOGII INCLVTI QVOD ILFELDAE INSIGNITER**

**FLORET PER DECENNIVM NOBILE CONRECTOREM**

**BENE MERITISSIMVM CVM IPSIS CALENDIS MARTII**

**CID IDCCXXIV NOVVM PRORECTORIS MVNVS SOL**

**LEMNITER ET FAVSTA INTER OMINA**

**CAPESSERET**

**LAETABVNDI ET OVANTES OBSERVANTIAE ATQVE**

**REVERENTIAE ERGO PROSEQVNTVR**

**OMNES DISCIPVLI**

**QVI ILFELDENSII INNVTRIYNTVR DOCTRINAE**

AK

AK



**F**ALLIMVR? an melior<sup>\*\*</sup> expectatio surgit?  
Et noua maerentes animos solatia mulcent?

Sic est, Ilfeldae rursus caelum ore sereno  
Ridet, et exsplendet rediens sol concolor auro,  
Qui Boreae rabiem saeuasque reuerberat iras,  
Et radios spargit melius sperare iubentes.  
Nam quae supremo, et caro viduata Magistro,  
(Dum iacet hic tristis, languens, sine viribus, aeger,  
Quamuis nostra patrem semper suspiria poscant.)  
Insignis sedes Musarum, et clara palaestra,  
Singultus ponit, gemitus, luctusque sonantes,  
Explicitaque colit lumen iam fronte diei,  
Quod moderatorem meritis, et laude celebrem,  
Donat, et in summum digne protollit honorem.

STVSSI nam sumunt suscepti exordia fasces  
Prima, VIRI, in quo sunt veteris vestigia recti,  
In quo sunt mores ducti meliorem metallo,  
Cuius doctrinam diuulgat fama sonoro  
Cantu, ne desint studiis encomia tantis.  
Hic est, qui Ilfeldam maestam, dum KRIEGKIVS aeger  
Succubuit fato, rescit; qui viuere curat  
Musas, quas diris turbarunt fata procellis,  
Namque Deo dignus visus, qui reddere digna  
Transactis sacellis, quorum nunc gloria claret,  
Fidorum Ilfeldae Doctorum nomina possit.  
Huncce vocat care nutritum IVLIA natum,  
Dignum, qui quondam veneranda matre refotus  
Filius, ignitos studiis ibi quando labores  
Sacrans, thesauros sibi conderet arte perennes.  
Haec hilarans meminit, sua iam sit gloria quanta

In

IN NOSTRO, nulli clara virtute secundo,  
Quem labor exstruxit, doctrinaque candida finxit,  
Cui pectus sapiens non casta scientia format,  
Quem pietas velat, quo non est suavior alter.

Sed quid diminuo tanta haec praeconia vili  
Pectine, et ingenii culpa amplam detero laudem?  
Duplex lingua mihi quando foret, oraque centum,  
Non tamen haec meritis complecterer omnia verbis,  
Materie vires lata superante tenellas.  
Alma Ilfelda potest fidos producere testes,  
Quam sua praesentes doctrina beauerit omnes,  
Quo sibi commissos sit amore amplexus alumnos,  
Tempore, quo CONRECTORIS ter nobile munus  
Ornauit, studiisque scholae duo lustra dicauit.  
Nostrae tum postquam res succubuere dolendis  
Fatis, ac cecidit summus, primusque Magister;  
O quanto portauit onus geminum ipse labore!  
Quiue fuit studiis ardor, quae cura fidelis!  
Hanc non tardarunt suadentia sidera somnum,  
Ac saepe in noctem producta industria longam  
Cottidie viguit, viresque inuenit eundo;  
Atque huius stimulis Musarum concita virtus,  
Quod mirum, potuit proprio molimine cuncta  
Exsuperare, diuque graues tot adire labores,  
Adiutante Deo, cuius sine numine nullum  
Perdurare potest formandae pubis asylum.  
Hinc quoque maiori qui semper dignus honore,  
Iam PRORECTORIS fascies, moderamina rerum  
Nostrarum captat, PRIMVS DOCTORQVE creatur.  
Qui regat hanc scite studiis, formetque Palaestram,

Qui

Qui sua Musarum praefigat nomina ludo,  
Ac tam praefignem, ducat foueatque choream.  
Ast hinc cunctorum quae furgunt gaudia corde!  
Impediunt frontes myrtis, et iubila pandunt;  
Ignitusque suas dum mentes excitat ardor,  
Produnt, quam laetis saliant praecordia votis,  
Ac haec sacrae pietatis carmina dicant:  
Ter salue, STVSSI, NOSTRAE PARS MAGNA SALVTIS,  
Salue, INSIGNE DECVS, TV, DIGNA PROPAGO NEANDRI.  
Euge! scholae meritos fasces, et scepra capeffe;  
Et, ceu clara diu rerum documenta dedisti;  
Sic quoque doctrinae pergas disperdere semen,  
Ac agros solita cura exercere colendos;  
Et pietate TVA nostrae inuigilare saluti.  
Viuas, et vigeas numerans feliciter annos:  
Et TE blandifonus fortunae riuus inauret;  
Et foueat liquidum clementior aura Fauoni.  
Sic TVA grata rubens tenebris aurora fugatis,  
Nuncia erit lacti venientis amica diei.  
Atque Neandrino crescet sua gloria ludo,  
Inque dies melior rerum expectatio surget.

Commilitonum nomine panxit

IVLIVS AVGVSTVS VIETH,  
Hannoueranus.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





vgl. 189

146


MVSA VOTIVA

QVA  
VIRVM  
NOBILISSIMVM AMPLISSIMVM ET

DOCTISSIMVM  
RICVM STVSS  
TI QVOD ILFELDAE INSIGNITER  
NNIVM NOBILE CONRECTOREM  
M CVM IPSIS CALENDIS MARTII  
VM PRORECTORIS MVNVS SOL'  
ET FAVSTA INTER OMINA  
CAPESSERET  
OVANTES OBSERVANTIAE ATQVE  
AE ERGO PROSEQVNTVR  
MNES DISCIPVLI  
SI INNVTIRIYNTVR DOCTRINAE.

Farbkarte #13

Blue  
Cyan  
Green  
Yellow  
Red  
Magenta  
White  
3/Color  
Black



B.I.G.

AK

